

Kem 3487
(1-12)

344

(6)
DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

DE

S C O R B U T O,

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU

GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE

IN

ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

P R O

GRADU DOCTORIS MEDICINAE

PUBLICE DEFENDET

A U C T O R

JOANNES EPHRAIM LIETZAU

EPISCOPI VERDA - BORUSSUS.

DIE XXII. JANUARII, MDCCXCI.

H A L A E,

T y p i s F r a n c k i a n i s.

DISSESTITUTIO-MEDIA LIBRARIA

EGORIOT

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF HANNOVER

UNIVERSITY LIBRARY HANNOVER

UNIVERSITY LIBRARY HANNOVER

ACADEMIA ROMAENSIS LIBRARIA

180

GRADA BOOTTIS MEDICINA

PHYSICUS BEINHOLD

ACADEMIA

UANTII MARIAE ROMANA

ACADEMIA LIBRARIA

DE MATH. ET NAT. SCIENCIIS

ALIAN

ACADEMIA LIBRARIA

EXCELLENTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO
DOMINO
DE D O H N A
S. R. I. COMITI NEC NON DOMINO
HAEREDITARIO IN SCHLODIEN,
RAUDNITZ etc.

HAS

INGENII PRIMITIAS

OB

MAXIMA IN SE COLLOCATA BENEFICIA
GRATO, PIOQUE ANIMO

HUMILLIME

confecrat

A U C T O R.



OMNIBUS TUM CANTABILIBUS

OMNIBUS

A V E R G O D I S S

CONSTITUTIONE TRINITATIS

IN DIOSCORIDES

ET IN PAPYRIS

214

CAITINAS LIMBONI

22

AD TITULUM AUGUSTINUS ET AMBROSI

OMNIA EPISTOLAE ET CARTA

WITNESSES

15000000

5000000

Quum ab illustri Academiae Fridericianae medicorum ordine demandatum sit mihi, ut pro summis in arte salutari honoribus rite justeque consequendis, dissertationem medicam exhiberem, necessitate, nec vero inconsulta scribendi libidine impulsus, hanc de Scorbuti natura et indole composui; haud quidem eo consilio, ut in arte versatos atque peritos, quid verum rectumve sit edoceam, sed ut dubia quedam movens medicos incitarem ad perscrutandam morbi naturam, qui attentionem meam praecaeteris sibi vindicare videbatur, quum me atrocitatem ejus bis expertum, bis

τγίεια πρεσβίτα μανάρων

propitio denuo vultu respexit atque salutavit.

Mirabere quidem L. B. me hunc suscepisse laborem, quum nihil vel novi vel memoratu digni proferri posse videatur, quod non in classico Cl.

A 2

Lindii opere a) contentum jam sit atque expositum. At quamvis facile largiar, omnia quae praxin respiciunt, ita collecta et absoluta esse ab eo, ut nihil quod addi possit adhuc, relictum sit posteritati; multa tamen circa morbi naturam, tum dubia, tum vero manca etiam, nec satis exposita occurrunt b). Quare nec inutile, nec ab instituto alienum vel indignum fore existimavi, si meam operam colloqurem in eo, ut morbi theoria, quae quum ex Hippocratis pracepto *natura ψ siv* est c), omnis verae et rectae exercitationis fundamentum existimari debet, d) confirmata stabilitetur.

Omnibus enim, quae ad naturam morbi cognoscendam aliquid facere videntur, rite attenteque perpensis, Scorbutus nec propriam morborum classem nec genus constituere, sed potius quorundam morborum pituitosorum initium esse videtur, id quod debita caussarum, symptomatum, curationisque consideratio quam maxime suadet.

a) Abhandlung vom Scharbock a. d. E. von Petzold. Riga u. Leipzig. 1775.

b) Th. Trotters Observations on Scurvy Lond. 1786 p. 22,

c) De viatu acut. Sect. XLVI. Edit v. d. Linden.

d) Huxhami opp. Tom. II. p. 7.

Paradoxa quidem et rationi aliena multis haec videbitur sententia, nec eam iu medium proferre audi si fuissimus, ni accedisset auctoritas magni Sydenhami sic loquentis: „hic enim obiter sed et libere „tamen dicam, multis ex iis affectibus, (ne pluri- „bus dicam) quorum nomine Scorbutum incusa- „mus, vel morborum Fientium, nondum vero Fa- „ctorum, quique nullum certum adhuc induerunt „typum, affecta esse e“^e. Animadverte eim Cl. van Swieten: „in morbis chronicis, qui ex vitio „liquidorum sensim nato originem ducunt, et lento „gradu functiones corporis labefactant, major saepe „difficultas est eruendi signa illa pathognomonica, „quae certam dant diagnosin morbi praesentis, im- „primis in morbi principio, ubi nondum laesa est „sanitas, sed quasi vacillare incipit tantum“^f). Nec mirum igitur, ut Seculi XVI, cuius initio Scorbu- tum primo comparuisse perhibent ^g), medici magis circa hypothesisum, mentisque vividioris phantasma- tum fictionem, quam naturae observationem occu- pati, primo quasi intuitu seducti, Scorbutum pro proprio morborum genere haberent.

Rem vero aliter esse demonstratus ad cau- farum inquisitionem progrediar.

e) Opp. ex edit. Genev. Vol. I. Sect. VI. Cap. V. p. 172.

f) Comment. Tom. III. p. 600.

g) Freind Histor. med. in Opp. Paris. 1735. p. 331. 332.

De Caussis.

Quoniam symptomata externam tantum morborum faciem, eorumque apparentias et phaenomena constituant, ex iisdem, nisi adhibita simul aegri sexus, aetatis, vitae generis, morbi praegressi, constitutionis tandem epidemicae, aerisque vicissitudinem cognitione, recta atque completa morbi notio formari potest. b) Quare nec inepte, nec imprudenter agere videmur, si a causarum investigatione hujus dissertationis initium capiamus; quum ejusdem scientiae sit, caussas nosse, et morbos curare i).

Inter caussas ut cuiuscunque morbi, sic etiam Scorbuti, attentionem praecipue meretur, constitutio aeris, qua vigente imprimis grassari solet, tum quia deficientibus quoque aliis caussis, haec sola ad eum producendum apta censeatur k), tum vero, quod ad ejus naturae cognitionem non parum conserat. Qualia enim sunt tempora inquit divinus Senex, tales erunt etiam morbi et constitutiones ex ipsis l).

b) Sydenh. opp. Vol. I. p. 7. Selle rudim. pyret im praef. § 27. Stoll aphor. §. 836. 837.

i) Hippocr. Epidem. L. II. Sect. 1.

k) Lind I. c. Part. II. c. I. de Haen rat. med. Vol. p.

l) Hippocr. de Humorib. VII. p. 323.

Constitutio vero aeris, Scorbuto maxime favens, frigida est et humida *m*); cuius quidem quanta sit ad corporis fibras relaxandas, sanguinemque in vappidum, aquosum, pituitosum humorem convertendi vis atque potestas, ab antiquitate jam cognitum, omnisque aevi medicorum observationibus ita confirmatum habetur *n*) ut crambem toties jam coctum denuo recoquere viderer, si rem pluribus expōnere adgrederer.

In hunc censem veniunt etiam reliquae scorbuti causae: victus sc. crudus, farinosus, caseosus, aquosus, debilitas a morbis praegressis, moeror et tristitia, neglecta corporis exercitatio, inedia, nimiae veneris usus, et alia quaecunque solidorum tonum debilitando, cachexiam pituitosam inducent *o*).

Hinc colligitur, Scorbutum ad morborum pituitosorum classem omnino referendum esse. Constitutio enim pituitosa, inquit Cl. M. STOLL, non nunquam rheumatica, asthmatica, anginosa, tussis convulsiva epidemica, Scorbutica etc. appellatur, com-

m) Lind. I. c.

n) Hippocr. de humana natura Vol. I. p. 270. de Struct. hom. Vol. I. p. 286. Glass, Comm. p. 94. Huxham. opp. Tom. I. p. 14. Grant Beob. p. 172.

o) Stoll aphor. §. 376.

pellatione a frequentiori aut forma, aut symptomate petita p).

Quamvis vero morbi pituitosi longa duratione, facile acrimoniam alcalinam contrahant q); adducuntur praeterea ab auctoribus caussae, hujus generi praecipue faventes, viz. aer stagnans, conclusus, putridisque effluviis inquinatus, inopia alimentorum, aqua putrescens, victus animalis etc. Non mirum igitur, si petechiae, vibices, haemorrhagiae per varia corporis colatoria, aliaque putridae humorum dissolutionis signa apparent, et morbus, qui alias simplex pituitosus fuisset, cum putrida humorum labe complicetur.

Haec de causis — quibus vero an symptomata respondeant nec ne, paucis videndum.

De Symptomatibus.

Priusquam vero ad symptomatum disquisitionem procedamus, pauca de iis, quae diagnosis difficulter reddunt, praemonenda esse videntur, ut unde tanta in auctorum hujus morbi descriptionibus dis-

p) Idem §. 379.

q) De Gorter prax. med. syst. Tom. I. p. 70. Selle medic. clin. p. 13. rel.

fentio et disceptatio nata sit, patescat, nec nobis quidam negligentiae vel temeritatis culpam inferat.

Errasse vero auctores praecipue videntur in eo, quod gingivas tumidas, spongiosas, sanguinolentas, a dentibus solutas, pro vero Scorbuti signo pathognomonicum habuerint, eique tantum ad diagnosim tribuerent, ut iis in aegro conspectis, cito de Scorbuto clamarent, remediisque sic dictis antiscorbuticis, quanta eheu! saepius aegri pernicie, profligare tentarent. Quam valde quidem erraverint in eo, vel exinde patere censeo, quod non soli scorbuto hoc symptoma competit, sed aliis quoque natura diversissimis affectionibus accidat. Oritur enim saepius, a saliva et lympha vitiata \textcircled{s}), ab hepatis \textcircled{t}) lienisque \textcircled{u}) obstructine in hypochondriacis \textcircled{x}) et haemorrhoidariis \textcircled{y}), a mensium suppressione \textcircled{z}), herpete

\textcircled{r}) Lind l. c. p. 165. ret.

\textcircled{s}) Gruner Semiotice phys. et. pathol. p. 592.

\textcircled{t}) Heberden von den Krankh. der Leber. v. Arzneikundige Abh. Th. II. p. 108.

\textcircled{u}) Hippocrat. de internis affection. ex edit. v. d. Linden Vol. II. p. 239. Praediction. Lib. II. p. 518. Celsus lib. 2. c. 6. Aegineta L. III. c. 49. Riverii Prax. med. lib. VI. c. 3. p. 287. Mead monita et praecepta c. 16. Verhandelingen - te Vlissingen deel VII.

\textcircled{x}) Gruner l. c.

\textcircled{y}) Hollerius in Kleinii interpr. clin. ex edit. Halleri p. 125. 143.

\textcircled{z}) Klein l. c. p. 181.

retropulsa *a*), nimio mercurii usu *b*), acrimonia scrophulosa *c*), et vermis *d*). Porro tales in hydrope gingivas observavit Lommius *e*) in ictero nigro Fr. HOFFMANNUS *f*) in rachitide Russel *g*) et in petechiis apyretis plures *h*). Denique inter febris putridae continentis symptomata a Cl. Huxhamo *i*), febris pituitosae *k*) et biliotae putridae *l*) pas-

a) Poupart von den Flechten p. 100.

b) Grainger monita syphilitica p. 19. Hunter von den Zähnen p. 194. 199. Bells Wundarzneik, Th. III. p. 235.

c) Hunter^{II}. c. p. 200 202.

d) Hildani Observ et Curat. Cent. I. hist. 59. Riverii prax. med. l' c. v. d. Bosch historia constitut. epid. verminos. p. 129. Rosenstein v. d. Kinderkr. p. 510

e) Observ. med. Lib. II. p. 204.

f) Med. rat. Tom IV. P. V. p. 19.

g) Oeconomia naturae in morbis acut. et chron. glandularum Lond 1755 p. 77.

h) Gesners Beob. B. III. p. 108. Monros Bemerck. p. 463. Cullens mat. med. von Hahnemann B. II. p. 470. 471. Rülings Beschreib. von Northeim. p. 117. Werlhofsi opp. ex edit. Wichmann 620. 748.

i) Opp. Tom. II. p. 59. 71.

k) Wagler et Roederer de morbo mucoso p. 37 — 39.

l) Hyllary's Beobacht. p. 180. Lind v. d. Krankh. in heissen Climat. p. 236. Bissel's Versuche und Bemerkt. p. 21. Makitrick de febre Indiae maligna v. Baldingeri Sylloge opusc. Vol. I. p. 92. Moultrie ibid. p. 167. Moseley v. d. Krank. unter d. Wendezirckeln p. 317. Histor. morb. Vratisl. p. 4.

sim ab auctoribus recensentur; quid? quod localis
saepissime affectio in hominibus caeteroquin sanis *m)*
a fordibus dentibus diu adhaerendibus nata *n)* esse
videatur. Hinc patet ratio, quae medicos in tales
errores ledxit, et unde tanta in eorum descriptio-
nibus nata sit dissensio atque disceptatio ut mor-
bi natura diversissimi eodem titulo ac nomine de-
scripti legantur *o).*

Tunc vero maxime reprehendendum esse cen-
se, quod nobis auctores non plenariam et perfe-
ctam morbi historiam relinquirint. Memorant qui-
dem, scorbutum transire in hydroponem, icterum, atro-
phiam, melancholiam, maniam, sexcentosque alios
morbos, toto ut ajunt coelo, inter se diversos. At
quomodo scorbutus horum malorum causa sit, an
revera transitus fiat, vel tantum complicatio existat,
et hujus generis alia, quae ad morbi naturam cog-
noscendam conferunt, minime exposuerunt. Quare
proxime ad veritatem accedere putamus sententiam

m) I. Dolaci Encycl. med. lib. III. c. XII. p. 559. Hun-
ter. I. c.

n) Richteri opusc. studio Aekermann Vol. I. p. 27.

o) Sic. cl. Petersen Elephantiasin Islandiae endemicam sub
Scorbuti, nomine descripsit v. Troils Reisen nach Island
p. 287. et Cl. Cocchi in idem vium incidit v. del virto
Pythagor p. 58. quid? quod? Dolaeus, Forestus, Ett-
müllerus rel. Scorbutum et morbum hypochondriacum
sundem morbum esse contendant.

magni SYDENHAMI: sc. scorbutum omnium horum malorum initium esse, ita ut quum manifestiora eorum signa appareant, Scorbustum in eos transisse falso contendatur. Sed de his infra pluribus — nunc vero quae morbi naturam declarant symptomata eruamus.

I. Signa putredinis ita manifesta et clara sunt, ut primo statim adspectu sub oculos cadant, nec quisquam de iis dubitare possit; quidnam, quaeſo, petechiae, vibices, animae foetor, haemorrhagiae, excreta foetida rel. aliud ſignificant, niſi maximam humorum diſſolutionem? quod vero pulsus naturali ratiō et debiliōr existat, neque calor ille tactui mor- dax, quem pro ſigno pathognomonicō maximū in arte viri habuerunt *p*), in hac humorum putredine obſervetur, jam plurimis ita mirum et ſingulare vi-debatur, ut ſcorbuti naturam in chronica humorum putredine posuerint *q*). At noſtra quidem ſententia haec ſymptomata maximi ſunt momenti, quum pituitofam morbi naturam declarent. Animadvertit enim Cl. HUXHAM de differentia inter lentam ner-vosam *r*) et putridam malignam febrem differens *s*):

p) Pringle on the diseases of the army p. 293. Huxham. T. III. p. 121.

q) Huxham T. III. Cullens first lines vol.

r) Lentam nervosam Huxhami, febrem vere pituitofam eſſe confirmant. Selle pyr. p. 268. 325. Grant Beobacht. p. 168. 172. 182. Sims Bemerk. über die epid. Kr. c. 6. P. 150. Glass comment. p. 96, rel.

s) T. II. C. VI.

„Alteram cum altera misceri posse, saepiusque vere esse mixtam; scil. sanguinis valde acris statum cum valde debili et relaxato vasorum systemate convenire posse, et hoc sepe non tanta violentia prodere, quam si vis movens et vasa ipsa fortiora atque magis elastica, ac adjmorbidorum aerium salium stimulum ceteraque suscipienda sint proniora, ideoque magis lente progreedi, licet pari ratione sit mortiferum.“ Et alio loco^{t)} hujus differentiae rationem subiungit sequentibus: „Cum susceptum contagium fere simili ratione ut acrimonia agat, valde differentes edet effectus, quando illud fortē et robustam corporis constitutionem cum sanguine denso et glutinoso invadit, quando in debilem, laxum corporis statum cum tenui diluto sanguine et laxiori ejus globulorum crassi irruit.“ Hinc simul quoque ratio patet, quare auctores scrobutum in febrem carcerariam transfire perhibent: quum enim homo corpore robusto atque strigoso, a constitutione tempestatis humida et frigida, reliquisque caussis debilitantibus, minus, quam a contagio aeris putridi affiliatur, non morbum pituitoso-putridum, sed febrim putridam continentem oriri necesse est.

II. Alterum quod diagnosin morbi, quamvis imperfectam, minime tamen spernendam praebet, est similitudo, quae primum scorbuti stadium et petechias apyretas intercedit; eadem enim corporis lan-

^{t)} T. II. p. 94.

situdo et ad motum pigritia, maculae porro lividae, gingivae sanguinolentae u), et haemorrhagiae largae, cum pulsu rariori et debili observantur, ut nullum fere scorbuti symptoma, quod in his desideretur, abesse sciam. Observatum vero est ab auctoribus, homines tantummodo debiles, laxos, quorum vires morbis praegressis fractae sunt, petechiis apyretis peti, et medicamentis quae impuritates gastricas per alvum ducunt, curari x).

De Curatione.

Denique ad id, quod totius medicinae summum videtur, curationem puta respiciendum. „Morborum enim natura, monente Cl. SELLE y) ex eorumdem ad remedia et medicamenta, quae ad eos tollendos adhibemus, relationibus dijudicanda;“ quam axioma sit pathologicum: morbos modificatione seu forma tantum, non re diversos esse, qui eandem requirunt medelam, diversos e contra essentialiter esse, quibus contraria adhibenda medicatio.z).

Omnia vero medicamenta, quae ad scorbutum proligandum adhibentur, ad tres classes referri possunt

u) v. antores subra citatos.

x) Rüling l. c. Vogels Handbuch Th. III, p. 256.

y) Pyrerol. p. 59.

z) Plencicz acta et observata med. p. 26.

1. quae resolvendo, incidendo, pituitos humores per sudorem, urinae vias, vel alvum eliminant; quorsum spectant: nasturtium, cochlearia, cepae, allium, squilla, hb. taraxaci, fumariae, endiviae, lactucae, gi ammoniacum, tremor tartari, folia sennae, rad. rhei, aquae seltorianae etc.
2. quae humorum putredinem coercent, putreficuum limoniorum, et aurantiorum, hb. acetosae, acetosellae, aërem fixum, oleum vitrioli vel.
3. Tum vero, quae roborando profunt, sc. aër siccus, cortex peruvianus, martialis etc.

Quibus quidem medicamentis, quum omnis morborum pituitoso - putridorum curatio absolvi queat, res per se ipsa patet. —

Tres vero morborum pituitosorum genera sub Scrobuti nomine describi reor, hydropem nempe, febrem pituitosam et viscerum obstrunctiones; de quibus nunc singulatim.

H y d r o p s.

Fac hominem haemorrhagiis, moerore, tristitia vel aliis caussis debilitatum atque exhaustum, incidere

B

in hydropem, et simul humores vel stagnando, vel aëris putridi contagio corruptos esse, praeter lasitudinem spontaneam, pigritiam insolitam, faciem pallidam vel luridam, respirationem anhelosam, pulsum naturali rariorem et debiliorem, cutis oedematoso tumore inflationem, aliarumque partium atrophiam et rigiditatem, aderunt quoque maculae lividae, vices, haemorrhagiae largae, animae foetor, lipothymiae, et alia maximae putredinis signa, vix enim sine putredine moriuntur hydropici adnotante Cl. TISSOT a). Notissimum porro est, femora hydropicorum tumida, licet in principio ut marmora tam frigida sint, tandem inflammatione occupari maxima, humoresque tempore tam fieri acres, ut erysipelas, vesiculas et ulcera maligna producant b). Brevi nec ullum desiderabitur symptoma, quod scrobuto adscribi solet.

Revera quidem hydropem e debilitate ortam et cum putredine complicatam, sub scrobuti nomine descriptam legi, testantur sequentia 1) causiae prægressæ, quae, ut supra demonstravimus, praeter solidorum atoniam, humorumque ferositatem, putridam quoque labem inducunt, 2) manifesta hydropis et putredinis signa; adest enim statim initio crurum pedum-

a) Epist. ad illust. Hallerum ex edit. Baldingeri p. 79.

b) Huxham T. II. p. 28.

pedumque, noctu facile disparens, faciemque occupans tumor, qui in anasarcam, ascitidem, vel hydrothoracem terminatur, et monente Cl. Bisseto c) princeps scrobuti symptoma constituit, 3) absentia aliarum cauflarum, quae hydropem gignere possunt, et extispicia cadaverum, quibus nihil in corpore vitiisum vel praeter naturale apparuit d).

Talia forsitan fuerunt, quae magnum Sydenhamum inducerent, ut cum nostra de scrobuto consentientem opinionem, sequentibus verbis exprimeret e). „Hic enim obiter, sed et libere tamen dicam, multis ex iis affectibus, (ne pluribus dicam) quorum nomine scrobutum incusamus, vel morborum Fientium nondum vero Factorum, quique nullum adhuc certum induerunt typum, affecta esse. Quod quidem et de hydope incipiente dictum volo, de quo morbo licet vulgo jactetur: ubi definit scorbutus, incipit hydrops, haec tamen regula saepius non alter accipienda, quam quod ubi primum se hydrops manifestis prodit indicis, praeconcepta de scrobuto opinio collabascit.“

c) Treatise on the Scurvy London 1755 p. 27.

d) Boneri sepulchr. anatom. Libr. III. Sect. 19. Tom. II. p. 337. Lind, I. c. Roupe de morbis navigantium p. 147.

e) L. c.

Febres pituitosae.

Alterum morborum pituitosorum genus, quod sub scorbuti nomine descriptum videtur, est febris pituitosa. Sufficiat vero unum adduxisse exemplum, quum res adeo sit aperta et manifesta, ut nulli dubitationi locus relinquatur.

Cl. Raymond in sua febrium intermittentium autumnalium Mittelburgi grassantium descriptione f) refert, febrem istam tertianam bilioso-putridam, salutari mutatione non raro in quotidianam vel quartanam transiisse, et tunc semper cum scorbuto complicatam fuisse. Sed enī quomodo res sese habere videtur. Aestate sicca et fervida febris ista bilioso-putrida epidemice grassabatur; insequente vero autumno frigido et humido, constitutio epidemica in pituitosam s. atrabilariam (ut eam vocat Cl. GRAND g) mutata febrium natura vertebatur; loco tertianarum enim, quotidiana vel quartanae sequebantur, quarum priores e pituita, posteriores vero e viscerum obstructione originem ducunt h). Notum vero est, constitutiones epidemicas non repente sibi succedere, sed sic, ut una lente gradum retrahente, altera paulatim insequatur, et in hac unius constitutionis in alteram migratione, febres a natura tum praegressa-

f) Baldingeri Sylloge opuscular. vol. I.

g) Beobacht. über die Fieber.

h) Rahn adversaria medico-practico vol. I.

rum tum succedentium participare *i*). Idem hic obtinuisse videtur. Constitutio enim bilioſo-putrida in pituitosam tranſit. Hoc vero tempore inter binas constitutiones medio, quae prioris agmen claudebant febres, cum primo inſequentium exercitu mixtae erant, ita ut quotidiana et quartana, pituitosae constitutionis proles, cum praegressiae putridae constitutionis labe complicarentur, et febres illas efficerent, quas sub scorbuti nomine laudatus auctor descripsit.

Eadem quoque ratio aliarum febrium scorbuticarum esse videtur.

Obſtructiones viſcerum.

Hic brevis eſſe poſsum, quum maximi in arte noſtra viri hujus afferti veritatem demonſtrarint. Cl. KAEMPF *k*) ſcorbutum a viſcerum infarctu oriſi perhibet; cui quoq[ue] adſentit Cl. SELLE *l*). Si quis vero dubitarit, adeat quaefo Eugalenum, REUſNERUM, DODONAEUM, WILLIſIUM, ETTMÜLLERUM, et prae caeteris maxime Dam. SINOPAEUM *m*) et Cl. SWIETENIUM, qui rem ab omni dubio exemerunt *n*).

i) Max. Stoll ratio med. II. p. 98 et 317. Haeberl. de febris annuis p. 12.

k) De infarctu vafor. ventr. diſert.

l) Medic. clin. p. 241. pyrer. p. 380.

m) Parerga medica. Petropol 1734.

n) Comment. III. de ſcorbuto.

Huc accedunt, quae ad morborum naturam perspiciendam maximi saepius sunt momenti, cadaverum sectiones. Sic cl. MEAD. o) in scorbutico lienem, FORESTUS p) vero hepar obstructum vidit. REUSNERUS q) in cadavere viri scorbuto extinti, hepar corruptum, callosum, et ad depurationem sanguinis ineptum, HORSTIUS r) vero totum, tum exterius, tum interius scirrhosum invenit; et ut plures alios taceam cl. SINOPAEUS et ROUPE eadem saepissime mala per anatomicam cadaverum inspectionem detexerunt s).

Hinc intelligitur: cur veteres maximam inter scorbutum et malum hypochondriacum affinitatem statuerint t)? cur scorbutus icteri, melancholiae, maniae, epilepsiae, pareos, colicae pictonum, tot tantorumque malorum fons atque origo esse perhibetur? quid de olim agitata quaestione: num sc. Scorbutus veteribus ignotus fuerit nec ne, sentendum?

— if vain our toil
We ought to blame the culture not the soil

Pope.

o) Monita et praecepta med. l. c.

p) Lib. XX, observat. schol. 2.

q) Exercitatio de scorbuto IV.

r) De Scorbuto Sect. II. §. 8.

s) L. c.

t) Dolaeus, Forestus et Ettingerius etc. scorbutum et malum hydrochondriacum eundem morbum esse, et diversos tantum ejus gradus vario hoc nomine insigniri contendunt.

T H E S S.

I.

Tussis ferina, a caeteris tussium generibus, ratione
symptomatum vehementiae differt; nec pro-
prium genus constituit.

II.

Apoplexiae tot quot febrium genera; ejusdem vero
causa proxima ignoratur.

III.

Principia morborum nec in solidis, nec in fluidis,
nec in nervorum viribus solis, sed in omnibus
simil quaerenda.

IV.

Datur lues venerea larvata.

V.

Morbi periodici false pro intermittente larvata ha-
bentur.

VI.

Quartana nunquam salutaris.

VII.

Morbi chronicci ad febrium doctrinam revocandi sunt.

VIII.

Infarctus viscerum genera, non pro diversitate Excretorum ponenda.

IX.

Nomine infarctus s. obstruktionis viscerum, natura diversissima mala insignuntur.

X.

Nec clysmata visceralia nisi palliative conducunt.

XI.

Signa vermium et colluvie pituitosae sunt eadem.

XII.

Rabies canina est symptoma febris inflammatoriae vel biliosae, qua canes laborant.

XIII.

Morbi quicunque suas habent crises et dies criticos.

XIV.

Nulla per sudorem crisis contingit.

XV.

In omnibus morbis reactio corporis imminuta.

XVI.

Arthritidem inter et rheumatissimum nulla differentia.

XVII.

Nec arthritis haereditaria.

NO 18

PICA

DISSESSATIO MEDICA INAUGURALIS

(6)

DE

S C O R B U T O,

QUAM

